

dium ancipitem; hic enim est cui in Hebreo, Chaldaeo et Septuaginta certa longitudine adscribitur. Porro quod verso nostra habet, *palmae*, suspicari quis posset legendum *palmi*, non enim palma mensura est, sed palmus; verum palman pro palmo, quoniam hoc a priore sumptum est. Hieronymus dixit non hoc loco tantum, sed et Threnorum 2, v. 20: *Pareulos*, inquit, *ad mensuram palme*; nec mirum, siquidem palmus est qui mensuram habet palmae. Itaque indicatur hujus gladioli palmarum fuisse longitudinem, sed intellige non de palmo minori, sed majori. Palnum minorem, quem Hebrei *tophach*, vocant, Graci παλμον, definitiū quatuor digitis, ita ut in *amma* seu cubito sit sextephachin, seu hujusmodi sex palmī minores; at palnum major hebreicē passim *zereh*, à Graecis ἄρτιον dicitur, quam etiam vocem hebrei septuaginta habent, à Latinis *palmus* maior, vel dodrās appellatur, estque ea mensura, quam *palmā omnibus* digitis, quadā fieri potest extensis efficit, nempe duodecim digitorum, seu trium palmarum minorum, cubiti verò dimidium.

Notandum tamen hic in hebreo non haberi, *zereh*, sed *gomed*, quam Rabbini, Rabbinorum asseclae non esse mensuram semieubitalem, sed cubitalem volunt, idemque *quod amma*; at longē major apud me Hieronymi et septuaginta Interpretum auctoritas, qui hic semieubiti et palni majoris mensuram volunt; prorsisque Rabbini illi cum suis asseclis in hac re divinat, cūm alius nullus sit Scriptura locus, in quo ea vox et mensura usurpetur, vel ex quo hac eorum conjectura firmari possit, unde et merito rem in dubium revocat hic Arias Montanus, et à Rabbinorum sensu recedit. Afferunt quidem illi et alium ex Ezechiele locum, in quo non *gomed* habetur, sed vox inde derivata *gammadim*, Ezech. 27, v. 11, quam Aquila, Hieronymus, Pagninus, et alii *pygmaceos* reddiderunt; aliis Rabbinorum sequaces *cubitales* reddi volunt, sed illud aquē vel magis incertum, quid cā vocē seu hebreā, seu grāce in latinam coloniam derivatā ibi significantur, cūm alii gentis proprium nomen esse velint, Medos Cappadocios, alii appellatiē sumant pro *custodes*, ali pro *cubitabilibus* istis homunculis, ali pro gigantibus et multorum cubitorum hominibus. Quin et ipse Hieronymus, qui *pygmaceos* vertit, non à *πυγμαι* mensurā deducit ad istum Ezechielis locum, sed à *πυγμαι* certamine: *Pygmæi* inquit, *id est*, *bellatores et ad bellum præmissimi*, *καὶ τὰς πυγμὰς*, que grāce

*sermone in certamen vertitur*. Itaque juxta Hieronymum à pugnacitate nomen habent. Multis verò et emunctioris naris hominibus tota illa de pygmæis cubitalibus vel pedalibus hominibus historia fabulam olet. Ut sit, neque pygmæus cubitalem significat, neque de horum pygmæorum statutā satia inter auctores convenit; unus ferè Isidorus lib. 11 Orig. cap. 3, cubitales eos facit; Athenaeus: *Magnitudine ne quidem cubitales*; Juvenalis pedis statutā:

Ubi tota cohors pede non est aliorum.

Cubito longiores alli faciunt: Gellius lib. 9 Noct. Attic. cap. 4, eorum longissimos ait non esse longiores quām pedes et quadrantem. Plinius lib. 7, cap. 2, trium spithamarum seu dodrantum longitudine, hoc est, sesquicubiti, eos facit. Sic et Strabo eis πτεράναις οὐρανός appellat. Neque vox πτεράναις aliquid solēde mensurā ista hebreicā statui potest, cūm πτεράναι non sit ei mensura, quā à nobis cubitus dicitur, sed, ut definit Polux, πτεράναι est spatium illud, quod est à cubito ad digitos clausos, hoc est, mensura sex digitis brevior quām sit cubitus, siue sesquispithama, vel tres quartæ cubiti. Addo denique, sicuti pygmæos dici nihil vetat, qui aliquoties hanc mensuram πτεράναι habent, et hosce Pygmæos. Plinius ibi supra spithamas appellat, facit illis tres spithamas proceratis donet; ita dici nihil vetat *gammadim* appellari eos, qui plures et sepius repetitam mensuram eam habeant, quā ab Hebreis appellatur *gomed*, qualis tandem ea mensura sit.

SUBTER SACUM. Sacum militarem vestem esse nimis quām notum est, quā de re videri potest. Valerius lib. 5 de Belli militari cap. 15. Videatur in hac re Hieronymus Septuaginta interpretes secutus, qui πυγμῶν dixerunt, quam vocem vir aliter apud eos postiter repertas, quām pro teste militari, ut 1 Reg. 17, v. 38 et 39, et cap. 18, seq., v. 4, et 2 Reg. 20, v. 8. Qui et Graeci passim πυγμῶν vel πυγμῶν vestem militarem faciunt. Hesychius: πυγμᾶς, εἶδος ὥστε περπάνω, ἡ πυγμᾶς: Species, inquit, *vestis Persarum militaris, aut divinatiois*. Eadem habet Phavorinus, sed addit: ὅπῃ καλλίται λεπίσαις, que *parva torica* appellatur. Suidas etiam: Μανδύας, εἶδος ἥπτον, δητρ καλλίται λεπίσαις, species vestis, que appellatur *parva torica*. Pollux Onomast. lib. 7, cap. 15: ἡ δὲ πυγμῶν γένον τι τῷ καλλίμενῳ φανέρω: simile, inquit, ei quod vocatur *pemba*; *sagulum* interpres latinius reddit: quia et *pemba* inter militares

vestes subinde censemur, ut apud Suetonium in Galba cap. 9. Addit verò Pollux eā vestē Cretenses et Persas usos. Porro animadverto etiam vocem hebream, quā hic habetur, *mido*, vix alter, quām in re militari usurpari, vel certi in re sacrā pro teste sacerdotali. A grāca voce πυρὸν videtur Wallonum nostrorum militum vestis extima, quam *mantilla* vocant nomine sumpsisse.

In DEXTO FEMORE. Nempe id ab eo factum tum ut res minus suspicione esset obnoxia, cūm soleant gladii à sinistrā esse penduli, tum ut manus sinistra commōde illū posset educere, et quād ad faciūs perpetrandū ea gestatio esset opportunior; vix enim timeri et caueri solet ictus, qui à sinistrā proveniunt. Itaque non fuit ista ensiculi ad dexteram gestatio ex prisco illius ævi more, quemadmodū aliquando Romanos gladium gestasse legimus, de quā si reperi potest Lipsius de militiā romāna lib. 3, Dialog. 3, et apud eum Polybius; quo ex more et apud Josephum Flavium lib. 3 Belli cap. 5, equitibus Romanis ad dextram longior est gladius, licet pedibus longior si ad levam; Romani enim illi ex humero sinistro sub dextrum pendulum gladium gestabant, qui quām cum balteo facile in anteriorē partē rejeci poterat, non incommodo dextrā educi potuit; at Judeos non alio ferè modo gestasse, quām hoc sevo soleat, ex eo sat colligi potest, quod passim gladio acclinati in Scripturā dicantur, idque subinde super femur suum, ut Psal. 41, v. 4; Cantic. 5, v. 8, qui mos planè est hujus temporis; et si in dextro latere quis ene accingeretur, nemō non videt, quām incommoda et difficilis esset illius eductio.

Vers. 17. — ERAT AUTEM EGLON CRASSUS NIMIS. Nimis videlicet pinguedine et hēno curato abdomen; quod ipsum et infra, v. 22, apertius indicatur. Vox hebreā *bari* significat electum, pinguedinem nitentem. Septuaginta vertent *ἄρτιον* *πρεσβύτην*, quod in antiquā latīna versione, quā usus est S. Augustinus, verteatur, *vir ex illo valde*, minūs recte, et alienā vocis significacione, quā ratio est cur S. Augustinus suam eo loco versionem miratus sit, cūm, ut ait, infra, v. 22, de adipē ferri capulum stringente habeatur, et Hieronymus versio, quam interpretationem ex hebreo vocat, habetur, *crassus nimis*; neque aliter eam difficultatem solvit, quām sit verisimile dictum esse exilē per antiphrasim, sicuti lucus dicitur quod minimē luceat, et benedicere pro maledicere in Scri-

pturā ponitur. Porro vox illa *ἄρτιον*; nūc in omnibus latinis versionibus Romanā, Basileensi, Regiā, veritū, *urbanus*, quācē vocis illius propria est significatio; huic tamen loco, ut salis appetat, et hebraicē lectio minus congruens. Serarius noster suas circa hanc vocem dat conjecturas; addam et ego meas: 1<sup>o</sup> *ἄρτιον* aliquando idem significare, quod *πρεσβύτην*, hoc est, *ridiculus*, seu *rismus movens*; testatur Suidas et Phavorinus, et Hesychius *ἄρτιον* interpretatur τὸν πλεονεκτῶν *rismus facientium*; quidni igitur *ἄρτιον* hic licet interpretari hominem ridiculū, qui sū portentosā crassilie, distentio aquilicē *rismus moveat*? Quāquam non me lateat *ἄρτιον* præcipue ad sermonis sales referri, quibus quis *rismus moveat*. Secundō Budaeus in Commentariis lingue grāca asserit apud Aristotelem Ethic. 4, *ἄρτιον* sum pro eo quācē est justa quadratęque magnitudinis; quidni igitur obesus quispiam *ἄρτιον* dici possit, qui in latum et profundum æquē propemodū distendit atque in longum, et quodammodo quadratur? unde et Galli un *homine carre* istūmodi hominem dicunt. Tertiū quid si interpretes Septuaginta non *ἄρτιον*, sed *ἄριτρον*, *vir pinguedinis*, scripserint, Hebraicū et sacre Scriptura more, qui abstractum in genitivo sepē loco concreti adjectivi ponunt, *vir pinguedinis*, pro *vir pinguis*? *Ἄριτρον* enim massam subactam et fermento conspersam significat, notatque Gorraeū etiam *ἄριτρον*; subinde poni pro *ἄριτρον* seu adipē, quo corpus distenditur, ad eum modum, quo massa subacta fermento. Erit ergo *ἄριτρον* obesus quispiam, cuius corpus adipē egregie fermentatum sit et compactum: vel si quis adiectivē *ἄριτρον*, *vir pinguis* et adipatus legitere malit, per me licet, quemadmodū et apud Phavorinū *ἄριτρον* *ἄρτην*, fermentatum panis est.

Vers. 18. — PROSCRUTUS EST SOCIOS, qui cum eo venerant, hoc est, aliquousque socios comitatus est, donec eos dimitteret, socios, inquam, bojulos munerum, et legationis comites; hos enim numerum bojulos et eorum dimissionem perspicuē indicant Hebreā, quācē habent: *Et fuit postquam finit offere manus, dimisi populum qui detulerat manus*. Eadem habentur in versione Septuaginta et Chaldaicā parphras. Eos tamen à se non dimissoe in ipsā Eglioris regiā, sed aliquousque eos fuisse comitatum indicat textus noster, idemque perspicuē indicat versus sequens, cūm dicitur de Galgalis reversus. Porro Ad socios dimisi, ne quod ipsi periculum facinore perpetrato incurrerent;

neque enim tam facile est multos, quam unum periculio eripere; et turba sapientia soleret esse impedimento rebus bene gerendis, maximè cum res secreta esse, et sine multis testibus vel conscientis geri debet.

VERS. 19. — ET REVERSUS DE GALGALIS, UBI ERANT IDOLA. In Hebreo et Septuaginta converso modo effertur haec sententia: *Et ipse reversus est ab idolis que erant in Galgalis.* Alii cum Rabbi pro, ab idolis, verum, à lapidinario, ut loci nomen sit, in quo lapides cedentur. Arias Mont. à daturis, Cajetanus, ab incisionibus. Ego ab interprete nostro et Septuaginta non aeo, quia idola et ποντία rediderunt, neque alter vel illi vel hi pesel vel passi accipiunt, quām pro idolo, sed per dolationem vel sculpturam facto; unde Hieronymus vel *idolam*, vel *sculptile*, vel *sculptum similitudinem veritatis*; Septuaginta ferē ubique ποντόνια, nonnūquā πλάκα, πέτραι, πέτραι, τίσκαια redidunt. Et verò hebreæ radix *pasa*, *dolore*, sculpiere significat. Neque alii habent, qui lapidinas suas è Scriptura fulciant. Unde autem in eo loco idolo nemo faciliè conjiciat, quia tamen is locus in eo tracit erat, quem Moabites insederant, videlicet iuxta Jerichonita (ibi enim erat Galala, nra ex Josue 5, et iis, que ibi diximus, colligi potest), satis prouina est suspicari Moabitas ibi ea idola statuisse, seu ut ea adorarent ipsi, seu ut ad eorum adorationem Israelitas, quos gravi jugo premabant, compellent. Porro Ad reversus ad regem credi potest quasi vel non aliud quod in itinere accidisset, cuius opera pretium erat regem admoneri, vel aliud, cuius causa legatio ornata erat, oblitus fuisse.

VERBUM SECRETUM HABEO AD TE, O REX. Nempe id dicebat Adut ut reliquam uitulorum et famulorum turbam rex jubaret facessere. Quærer Augustinus fuerit Aod mentitus, cùm dixit se verbum secretum quod cum rege confereret habere, et paulo post cùm dicit se verbum Dei ad ipsum habere, et sit à mendacio excusari posse, quid Hebraeorum et Scriptura more sapè verbū nomine factum aliquod significetur; quod idem verba Dei appellari potuit, ut pote auctore Deo et impulse susceptum, qui ipsum populi salvatore susciitare. Potest quidem hāc ratione Aod à mendacio excusari; credidimus tamen, ut alias dixi, non esse, quid anxie facta et dicta sanctorum in Scripturā à mendacio officioso et veniali excusentur, vel sāc à peccato materiali, quid putarint sibi esse licitum subinde mentiri ad magnum aliquod bonum.

ETILLE IMPERAVIT SILENTIUM, non aulicus, non famulus, ut cuiquam forte videri posset, sed Aod ipsi, donec ceteri facesserent. In Hebreo enim et Septuaginta habetur: *Tace.* Nimisimum verebatur rex, ne quid Aodus alii adstantibus secreti proderet, et alii obaudirent, quæ secreta esse oportuisset. Itaque jubet cum silere tantisper, dum à te totum famulitum et scallitum ablegaret; unde mox subditur: *Egressisque omnibus, qui circa eum erant.*

VERS. 20. — INGRESSUS EST AOD AD EUM, hoc est, ad eum propriū accessit.

SEDERAT AUTEM IN ASTY COENACULO, nimisimum in loco ad auras captandas et astus arcendum idoneo, à quo, videlicet, solis radii excluduntur, venti frigidiores admittuntur, cujusmodi si situs est, qui ad aquilonem prospecti, qui ventus etiam in Palestina et regionibus continentini frigidissimum, ut indicat locus illle Ecclesiastici 43, v. 22, 25: *Frigidus ventus aquilo fluit, et gelavit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescat, et sic ut loricā induet se aqua. Et decorabit montes, et exarē desertum, et extinguet viride sicut igne.*

SOLIS. Septuaginta ποντία, hoc est, si dicere licet, solissimum, nimisimum exclusi omnibus ad unum.

VERBUM DEI HABEO AD TE, hoc est, oraculum aiquid à Deo acceptum: somnum ait Josephus, sed nihil necesse fuit ad hoc restringere. Non exprimit autem quis Reges illi sit, et in Hebreo res est magis ambigua, ubi habetur *Elohim*, quæ vox pluralis est numeri, eti Deo vero et unico ea vox pluribus accommodari solet; solet tamen et alius dīs gentilium pluribus, angelis, iudicibus, aliisque subinde creaturis attribui. Itaque persuadere sibi potuit Egion Aodum in viâ oraculum aiquid à fanaticis suis dīs accepisse. Porro haec eo fine ab Aodo dicta sunt, ut rex religione objectu, nimisimum verba Dei accepturus assureret, ut et fecit, cāque ratione rex vulneri clanculū et sine strepitu inferendo certius pataret: unde et Josephus ait veritatem fuisse Aodum ne fallente ita, si in sella resideret, plagam non satis lethalem inferret. Nihil mirum apud viros sanctos religionis speciem valere, et divina verbis ab iis honorem haberi: Moysem calcamenta sua solvere, faciem suam abscondere divina imperia accepturum, Exodi 5; Josue in genna procumbere, jussimque item calcamenta solvere, Josue 5; S. Franciscum cū Deum super re quāpiam consuli rogasset,

adesseque is, qui ei responsum afficerat, in genua provolutum dixisse: *Quid jubet Dominus meus?* S. Carolus Borromeus divinam Scripturam, utpote Dei verbum nonnisi genuflexum venerationis causā legere solitum; at illud magis mirum apud virum impium etiam religionis speciem tantum potuisse, ut eum ad assurgendum invitaret.

VERS. 21. — EXTENDITUR AOD MANUM, ET TULIT SICAM DE DEXTERO FEMORE SUO, INFIXITQUE EAM IN VENTRE EIUS. In cor, ait Josephus: et verò necesse fuit vel cor, vel partes alias vitales tangi, ut ex vulnera mors illiceretur, clamorque omnis intercipieretur.

VERS. 22. — TAN VALIDE UT CAPULIS SEQUEBUTUR FERRUM IN VULNERE, hoc est, ut ferrum in praecordia adacto etiam capulus in ventre ingredieretur: et hoc etiam tam hebreicus textus et Chaldaica paraphras, quām versio Septuaginta interpretum sonat. Pro voce *ferrum* in Hebreo est *lakab*, quod non ferrum propriè, sed flammam significat, et per metaphoram quidquid ad modum flammæ splendet et oculos perstringit, cujusmodi est gladii hebrei politi lamina; quamebrem plerique ex Hebreo ferè hic tamianum reddunt. Septuaginta Interpretes Hebreas imitantes ὅπερα τῆς φύσης dixerunt, quasi dicas, post *flammam*, intelligentes gladii laminam flammatum et politam. Nec mirum, omnia enim λαγόντα seu illustria et splendida φῶται appellant apud Hesychium, Phavronium, Suidam. Vide quæ de flammæ gladio diximus Gen. 5, v. 24.

AC PINGUSSIMO ADIPE STRINGERETUR. Sensus est, non tantum ingressum esse capulum, sed etiam adipem ferrum cum capulo intercepisse, et intra se compresuisse, ut pressum esset, ita ut adeps vulneris locum exterioris impleret, nihilque ferrī vel capuli appareret. Et hoc non tantum videtur textus noster vellet, sed etiam hebreæ qua sic habent: *Et clausit adeps propter ferrum*, seu, *laminam*; clausit, inquam, adeps vel se, ut quidam explicat, vel ut Vatibus interpretatur, clausit adeps, vulnus scilicet, seu os vulneris, post ferrum sive laminam, hoc est, adacto ferro. Eodem modo et septuaginta Interpretes: *Et occulit adeps super flammam*. Chaldaica item paraphras cōdem respicit, quam si Latinus interpres reddidit: *Et obturavit pinguedo in faciebus lamina*. Tigurini perspicue: *Adeō ut capulus laminam sequeretur, adepsque laminam concluderet*.

NEC EXUIT GLADIUM, SED ITA UT PERCUSSERAT RELIQUIT IN CORPORE. Neque enim facilè educi potuit gladius, quem jam adeps in corpore occluserat; neque verò necesse fuit, aut opere preium eam in rem moram cum periculo trahere.

STATIMQUE PER SECRETA NATURE ALVI STERCORA PROFERUENT. Illud, *per secreta nature*, addidit Hieronymus explicationis gratiā, quod in Hebreo non habebatur. Neque vero, ut quidam volunt, per locum vulneris extrē stercore putent, si jam adeps os vulneris occluserat. Porro naturale est ut dūm magnā vi et angore à corpore extrudir anima, sordes ille et excrements infernè rejectentur. Vocem hebream *parschedona*, quæ albi nusquam in Scripturā repertur, quanque Hieronymus *stercus* verti, sérē hebreicē, scientes Pagninus, Forsterus, Arias Montanus, et alii *stercus* significare volunt: et verò ex tribus primis litteris, quæ omnes necessariò radicales sunt, fit nomen *perek*, quod *stercus* significat; itaque passim ad Hieronymo, Septuaginta, aliisque omnibus vertitur. Porro verisimile est, ut sepius numerò contingit in vocibus hebreis quatuor aut quinque litterarum, hanc vocem *parschedona* esse vocem compositam, unde et eam Pagninus componit in illo *perek* et *scheda* chaldaico, quod significat *effundere*, ut *parschedona* sit *stercoris effusio*, vel, *stercus effusum*. Et hoc videtur secutus Chaldaea paraphras, qui vertit: *Exit cibus effusus*, ubi per cibum haud dubie sordes illas et rejectamenta cibi accepti. Ex quo etiam nostra versio, et vocis illius significatio satis confirmatur. Existimant aliqui septuaginta Interpretes hanc vocem reddidisse *porticum*, *vestibulum*, habent enim: *Et exiit Aod per vestibulum*; at meo iudicio fallentur; hac enim apud Septuaginta pertinet ad sequentem versum, ubi versus initio etiam habetur disserit in Hebreo: *Et egressus est Aod per vestibulum*, quod Hieronymus, *per porticum egressus est*, dixit. Itaque Septuaginta parentes auribus et honestatis studiosi apud gentiles, quibus suam interpretationem eudebant, hanc sordium egestionem non expresserunt.

VERS. 23. — AOD AUTEM CLADIUS DILIGENTISSIME OSTIS COENACULI, ET CONFIRMATIS SERA. Per quæ scilicet ex aula ad astivum illud coenaculum veniebatur. Factum autem ab eo ut moram et spatium opportunum haberet esse cripendi: dum enim famuli Egion clausa videbant ostia, sibi persuadere poterunt nolle regem ut quisquam ingredieretur, sed velle diutius solum cum solo agere. Addit dūm clavis queritur ostia fortè quod nunquam aut rari-

sime claudi soleret, necesse fuit more pluvialium trahi. Ad hanc opportunem accessit ut regis famulis suspicio incideret regem natura operi et levanda alvo indulgere. Quae omnia non sine Deo facta sunt, totum hoc facinus ipsuatoce susceptum ad optatum finem et exitum perducere.

VERS. 24. — PER POSTICUM EGRESSUS EST. Bis in Hebreo et Septuaginta habetur Aod egressum, initio hujus et praecedenti versu; at illud, *per posticum, seu vestibulum*, non hoc versus, ut dixi, apud illos, sed initio praecedentis habetur. Hieronymus quid non censeret necessarium idem hic repeti, et praecedenti versus egressio illa ante ocellas fores conaculi per hysterum proteron referetur, satius existimavit eam egressionem hoc versus, eo quo facta erat ordine referre, addito illo ex praecedente verso, *per posticum*. Verum notandum primò hic vocem hebream *misdideron* à plerisque verti *vestibulum* vel *porticum*, cui videtur responderemus vox græca apud Septuaginta *πύργος*; quanquam et ali aliqui paulo alteri eam vocem vertant, Tigurini prætorium, Cajetanus, *ordinationem*, Forsterus, *locum, in quo ordinata erat sedilius dispositio*. Vocem etiam chaldaicam *ascadra*, quod videtur græcum exdrum sonare, interpretant atrium vel locum ad confabulandum sedilibus et intercolumnii distinctum. Neque vero ego negaverò hanc vox aliiquid ordinatum significari, vel etiam porticum significari posse, siquidem vox illa hebreia à primitivo *seder*, quod ordinem significat, derivatur, ut proinde ea vox significare possit porticum, quae columnarum et peristyliorum ordinem præclarum habeat; non tamen facile admiserò quod addunt aliqui, Aodum vía communem egressum, perque apteram porticum, in quā passim nulli consistebant. Sic enim inter ceteros Cajetanus: «Egressus est ad ordinacionem (nam ita ipse ex Hebreo verit), hoc est, ad locum, in nam ordinarii curiales manere conuererant: significatur enim, quid exivit per ordinaria loca tanquam nihil nisi egressus, nullam sive suspicionem dans curibus.» Eadem ferè Arias Montanus; et Rabbi David vult esse locum, in quo sudebat populus, qui veniebat ad regem. Nec ab eā mente absit Lyranus, qui textum nostrum vult esse corruptum, et pro *porticum*, librariorum errore suppositum esse *posticum*; hanc, inquam, explicationem non facilè admiserò; tota enim narratio videtur egressum secretum et posticum requiri, ut securus et citra tumultum ac pericu-

lum, Aod evaderet, idque Hieronymus significare voluisse; nam ista in egressu fori obseratio non caruisset suspicione criminis. Neque repugnat secretam aliquam porticum in parte posticâ conaculi ad oblationem et confabulationem fuisse, in quā vel sediliū, vel columnarum pulcher ordo esset.

Nota secundò septuaginta Interpretes duobus modis (si tamen ipsum est) eamdem sententiam græce interpretatos esse: *Et exiit Aod porticum, et exiit ordinatus; ita enim vertendum fuit, non ut latine versiones habent, transit satellites vel observantes*, quod posterius etiam habuit versio quā usus Augustinus; qui enim ita interpretati sunt, crediderunt ordinatos, seu dispositos esse homines vel ad regiam custodiā, vel ad ingredientium, egridientiumque observationem constitutos; at crediderim non aliud esse διατετράδον, seu ordinatos, quā ipsa porticum, sive πύργος διατετράδον, columnas ordinatas, quae porticum efficiunt, et septuaginta Interpretes voluisse hanc posteriorē interpretationē vim vocis hebreæ, quae ordinatum aliquid significat, indicare; idque ipsum videtur perspicuum, cum unica sit vox utrius in Hebreo respondens.

SERVICE REGIS INGRESSI. In proximum scilicet conaculum locum, quod Galli dicunt *anticambra*.

FORSITAN PURGAT ALVUM IN *ESTIVO CUBICULO*. Id dicunt quia videbant fores clausas, itaque merito suspicatur aliquid intus fieri, quod clam et sine arbitris fieri conveniret. Et quanquam scirent Aod in conaculo remansisse, tamen forte etiam suspiciunt, et dixerunt inter eos cum illo velle diutius sine arbitris agere, et si id hic non exprimatur, vel certè, quod non studiosius observassent, estimare potuerunt illum egressum nemine obseruant, et ipsum fugisse oculos. Porro quod Hieronymus *purgare alvum* dixit, Hebrei verecundè et honestè, ut similibus solent, efferrunt, nimirum, utplerique ex Hebreo vertunt, *tegere pedes*, quod, ut Vatablus explicat, hic sit gestus sive habitus egerentis; et hoc modo verterunt Tigurini, Arias Montanus, Forsterus, Pagnini versio correcta apud Robertum Stephanum, quæ in Biblia quadripartitis Vatablo adscribitur, cùm aliis Pagnius versisset: *Ventrī deposit omnes*. At ego existimo rectius ex Hebreo veri: *Purgare pedes*; eam enim significationem voci such in Hiphil tribuunt, ut proinde nihil aliud sit, *purgare pedes* apud Hebreos, quād quod expressit Hierony-

mus, *purgare alvum*; siquidem apud Hebreos quidquid in imā ventris parte est, et infra alvum, pili pedum; et semen, filii, secundinæ, quæ omnia ex alvo, femore, pudendis egreduntur, apud Hebreos et in textu Scriptorū hebraicō dicuntur de inter pedes venire, Gen. 49, v. 10; Deuter. 28, v. 57. Et verò etiam juxta hanc in Hebreo loquendi formulam dixerunt hic Septuaginta, ut codex habet Romanus: *Evacuat pedes suos*; quam eamdem rem etiam Aquila, 1 Reg. 24, v. 4, verbo ἀπέκεντει expressi. Verum Septuaginta in Regio codice et Basileensis alter rem hanc exprimit: *In sedibus sedet, honesta etiam et verecundā locutione*, quæ et alibi in Hebreo usurpat, Deuter. 23, v. 21.

VERS. 25. — EXPECTANTES DIU DONEC ERUDESCERENT, hoc est, donec confusi turbarentur præ consiliis inopia, quod nemo pulsata foribus responderet, vel ostium aperiret, postquam diu præter morem expectassent. Pagninus, Cajetanus et ali nomini virtutis: *Et expectaverunt donec tardaret*, at benè restituit Arias Montanus: *Et expectaverunt usque ad pudeferi*; hæc enim est verbi *bosch* magis usurpata significatio, et hunc loco magis congruens, quam sequenti sunt Hieronymus, Septuaginta, Tigurini, et ipsomet Pagni in Dictionario. Quod Abulensis sit in Hebreo non haberi, donec erubescerent, sed, *usque ad vesperam*, et *bosch* vesperam vult significare, existimo ei ab aliquo Iudeo impositum.

VERS. 26. — PER TRANSIT LOCUM IN OLORE, UNDE REVERUS FUERAT, iuxta Galala, de quo actum v. 19. Illud, *unde reverus fuerat*, addidit interpres noster explications gratia, ut indicaret eundem denotari locum, cuius facta fuerat paulo ante mentio, et si id in Hebreo non sit.

VENITQUE IN SEIRATH. Ut loci proprium nomen etiam accepterunt Septuaginta, et ali ferè passim omnes. Pagninus, Cajetanus, Vatablus, Chaldaica paraphrasis; pauci tamen aliqui appellative sumunt et vertunt, *in condensum salutem*, vel, *inter condensa eprimum*, quasi ē lathebas quereret, quibus se tegeter; sed sequentia satis ostendunt non latebras queritasse, verum usum opportunitate opprimendi hostes, suis ad arma evocatis. Porro locum hunc in Ephraimite tribis finibus esse, quæ à Galgalia exiguo intervallu aberat, totus hic locus indicat.

VERS. 28. — ET OCCUPAVERUNT VADA JORDANIS  
S. S. VIII.

QUE TRANSMITTUNT IN MOAB. Id eo consilio fecerunt ne qui in regione Moab erant Moabite suppetias ferre possent Moabitæ illis, qui trans Jordanem in regione Jerichontinæ erant, neque Moabitæ, qui in eā Jerichontis regione erant, vel reliqua Iudeæ, ipsorum manus evadere transyadato Jordane possent; illos enim adorari et opprimere constituerant.

VERS. 29. — OMNES ROBUSTOS. In Hebreo et Septuaginta habetur: *Omnes pingue*. Dicunt autem homines pingue vel quibus pinguis est fortuna, vel qui succulentum et hæc curatrum corpus habent, atque adeò robusti; et hoc posteriori sensu aliasque frequentius pinguis in Scripturā appellantur. Sic Psal. 77, v. 51: *Et occidit pingues eorum*.

VERS. 30. — ET QUIEVIT TERRA OCTOGINTA ANNIS. Et in his octoginta annis inclinando supra diximus idolatrias ante servitutem, et annos octodecim servitutis. Vide dicta supra, v. 11.

VERS. 31. — POST HUNC FUIT SAMGAR. Quæres, sitne hic inter judices numerandus. Non videri numerandum videntur ea, quæ sequuntur ratione probare; primò quid eum non pauci sive ex antiquioribus, ut Clemens Alex. lib. 4 Strom., Eusebius in Chronico, Isidorus, Beda, sive è recentioribus omiserint; secundò quid non satis appareat quid egerit præter unicum hoc facinus, quod hic recensetur, quodque privatus egit, nec usquam dicitur iudeæ Israhel; tertio quid quantum fuerit principiatus ejus tempus non refertur, ut sit in ceteris; quartò denique quid capituli sequentis initio tempora Debboræ conjunguntur temporibus Aod, quasi inter illos nullus alius iudex intercesserit. Respondeo tamen esse et hunc judicibus annumerandum, et ordine esse tertium, in eaque sententiæ præter Origenem, Josephum et Chronicum Alexandrinum, sunt recentiores complures: primò quia id videtur diserte hic Scriptura assere, cùm ait: *Post hunc (scilicet Aod) fuit Samgar*; at quia in re post illum, nisi quis in munere salvandi et iudicandi populum eum consecutus est? Secundò quia et ipse dicitur derendisse Israel, sive, ut in Hebreo et Septuaginta est, salvasse Israhel: fuit ergo et ipse, sicut duo praecedentes salvator, quod nomen nomini judicibus at tributum legimus, qui hoc ipso quæ præclarum aliquod pro Judeorum republica facinus ipsi factas injuras vindicando patrabant, hoc ipso tanquam patri vindicis principatum adorabant, et communī populi consensu vel ex-

presso vel tacio ipsis deferentur vel confir-  
mabatur. Quocirca et Josephus sit hunc post  
Aod fuisse electum ad gerendum imperium.

Porrò que contra alata sunt facilè dilui-  
possunt; primum quidem, merito à plerisque  
illum omitti, quia exiguo tempore principatum  
gessit, que ratio est cur ipsius principatus  
tempus in annis Aod precedentibus fuerit inclusum.  
Ad secundum dico pauciora infra de qui-  
busdam aliis iudicibus referri, de quibus aliud  
nihil dicatur, quād quidē iudicavit Israhel. Et  
quād autem hic non dicatur iudicasse Israhel  
nullum est momenti; idem enim quoad  
rem dicatur, cum dicatur salvāsse Israhel, et  
aliās qui p̄cesserunt Othoniel et Aod in iu-  
dicibus numerandi non essent, cūm de his non  
dicatur, quād iudicarunt Israhel. Et quād  
salutem illam populo atulerit hic Sam-  
gar cū adhuc esset privatus, ut et dno  
judices precedentes: tamē, ut dixi, ab  
hujusmodi populi defensione censemunt ipsi  
principatum auspiciati, quād it in posterum  
principatus confirmari soleret, qui pro populi  
defensione se fortiter gessissent. Ad tertium  
dico idēcē, ut dixi, non referri tempus prin-  
cipiatū ipsius, quia inclusum fuit in annis  
precedentis iudicis: sat enim verisimile est  
Aodi principatū non totos octoginta annos  
competere, sed anno octogesimo inchoato vīta  
functum; huic occasione defensi fortiter  
populi suffectum Samagare, sed non totum  
ipsum integrum annum gessisse imperium, uti  
et Josephus asserit: atque hi consilio factum  
ut hujus principatis tempus non separaretur  
à precedentis iudicis annis. Ad quartum ex  
dictis lique responsio; si enim tam breve fuit  
tempus Samag, idēmque in precedentis Aod  
annis inclusum, rectē dici potuit post mortem  
Aod addidisse illos Israel facere malum in  
conspicu Domini, hoc est, post octoginta an-  
nos illos Aodi attributos, neque id diū post  
mortem Aod.

FILII ANATH. Aliud nihil de hujus genere  
et tribu refertur, quād filii Anath fuerit,  
quod satis quidem esse potuit is qui sub  
ista vivebant tempora; at nobis rem totam in-  
certam relinquit è qua tribu esset. Nihilomi-  
nis quandoquidem cum Philistheis ei res  
fuerit, verisimile est fuisse ex aliquā eārum  
tribuum, que Philistheis propinquiores erant,  
eiususmodi erant tribus Iuda, Danitica et  
Ephraimica.

QUI PERCUSSIT DE PHILISTHEIUM SEXCENTOS VI-  
POS. *Assassinos, alienigenas, vocant more suo*

septuaginta Interpretes Philistheos, ut quā-  
quām ea vox omnibus, qui de genere Israelitico  
non essent, communis esset, ea tamen ferè à  
Septuaginta accommodetur istis Philistheis,  
idque fortè idēo, quia hos, utpote sibi vici-  
niores, semper infestos hostes Israelite experti  
sunt. Porrò an hos sexcentos viros solus Sam-  
gar, an eum sociis, quibus ipse dux præxibat,  
occiderit, quod posterius nonnulli volunt, non  
constat; quin tamen et prius esse poterit  
negari non debet, cūm et Samson solus infra  
mille viros asini maxilla straverit: hęc enim  
res etiā insolens et crediti difficili, si humane  
spectentur vires, tamen Deo cuiquam robur et  
vires subministrante, et hostibus pavorem in-  
ciiente, nihil usque adē mirum videri debet,  
præsertim cūm jam ante Deus Israelitis pro-  
misisset Levit. 26, v. 8: *Persequerentur quinque  
de vestris centum alienos, et centum de vobis de-  
cem militia.*

VOMER. In hoc instrumento consentiunt  
Hieronymo etiam septuaginta Interpretes, iv  
τῷ ἑρμηνεῷ: ita enim habent omnes codices,  
Romani, Basileensis, Regius; ita manifestè  
olim legit Origenes, qui ex occasione multa  
de aratro, ut prōinde manifeste vitiosa fuerit  
lectio latinae Septuaginta editionis, quā usus  
S. Augustinus, qui pro eo quod legendum fuit,  
in *vomere boum*, legit, *præter vitulos boum*; quā  
in versione frusta se torquat, cassaque et  
inutilis est ista, quam facit, quæstio, an Sam-  
gar v̄rator homines casos etiam boum stra-  
gem pugnando fecerit? Porrò vomer ἑρμηνεώς  
appellatur quasi aratri pes, quād è parte ar-  
atrum terram contingat, et eam inambulet. At  
nostro interpreti ac Septuaginta item movent  
Rabbini cum suis ascelis, quasi vox hebreæ  
*malmad*, non vomerem, sed stimulum, quo  
boves inter arandum ad officium adiunguntur, et  
quasi docent quid agere debeant, significet;  
venit enim ea vox à *lomad*, quod *discere si-  
gnificat*, et in aliā conjugatione *dovere*; sunt  
que illa duo correlative, discere et docere, et  
stimulo boves docent agricole, tanquam disci-  
puli discunt boves. Passim itaque cum Rabbi  
David omnes Hebreæ sectantes boum stimulum  
vel vertunt hic vel interpretantur, quānquam  
non desint qui inoproprie stimulum accipiunt  
pro lanceis ex stimulis vel stimulorum aculeis  
confectis. Verum non facile ego hisce Rabbini  
vel Rabbinorum ascelis fidem habeo, ubi con-  
tra nostri interpreti vel Septuaginta versio-  
nem nescio quid incerte conjectura afferant;  
prescripsi que aliunde firmari non possit: at

ex alio Scripturæ loco probari non potest hanc  
esse vocis illius *malmad* significatiohem, cūm  
alibi nusquam in Scripturā reperiatur. Sed  
hæc significatio, inquies, optimè cum vocis  
origine consentit: fateor id quidem, at hæc ex  
origine vocum petite rationes sep̄ incerte-  
sunt et parvū firmæ, et plerique voces do-  
rivalis à primi litorum surorum significazione  
recedunt. Deinde quidam vomerē ea vocis origo  
convenire possit? discit enim quodammodo  
vomer agriculte parere, et ejus ductum sequi;  
idem terram exercet, et docet sul proscioccio-  
nem pati et fertiles evadere possit; et cūm in-  
numera sint, que vel doceant vel discant, uni  
tamen haec vox à discendo vel docendo accom-  
modata est, quod aliud non esse quād vomerē  
ex Hieronymo et editione Septuaginta  
discimus. Neque vī facienda est in eo, quād  
in Hebreo dicatur *malmad bouis*, quasi ex eo  
colligi debat quid sit aliiquid, quo boves do-  
ceantur, vel ad officium adiungantur; id enim  
eodem modo in Hebreo dicatur, quo diceretur  
aratum boum, vel sera fabri; neque vero  
recte quis dicat, etiā aratrum ab arando dictum  
sit, dici aratum boum: quād eo boves arari  
debet, vel quia à serrando serra dicta est,

## CAPUT IV.

1. Addideruntque filii Israel facere  
malum in conspectu Domini post mortem  
Aod;

2. Et tradidit illos Dominus in manus  
Jabin, regis Chanaan, qui regnavit in  
Asor. Habuitque ducem exercitus sui no-  
mine Sisara; ipse autem habitabat in  
Haroseth-Gentium.

3. Clamaveruntque filii Israel ad Do-  
minum; nongentos enim habebat falca-  
tos currus, et per viginti annos ve-  
hementer oppresserat eos.

4. Era autem Debora prophetis,  
uxor Lapidoth, qua judicabat populum  
in illo tempore.

5. Et sedebat sub palmā, qua nomine  
illius vocabatur, inter Rama et Bethel,  
in monte Ephraim; ascendebantque ad  
eam filii Israel in omne iudicium.

6. Quæ misit, et vocavit Barac filium  
Abinoem de Cedes Nephthali, dixique  
ad eum: Praecepit tibi Dominus Deus

idēo dicta serrā fabri, quād cā faber serrari  
debeat, sed potius quād aratio boves arari, et  
serrā faber serrare soleat; sic et *malmad bouis*  
dictus est vomer, quād eo boves terram  
subigant, exercant et quodammodo ad offi-  
cium et fruges ferendas compellant, sive sua  
quasi cultura doceant.

Et h̄c quoque DEFENDIT ISRAEL In Hebreo  
et Septuaginta, ut dixi supra, habetur *saloavit*.  
Petit autem S. Augustinus quomodo hic dicatur  
Israhel salvāsse, cūm non fuerit Israhel  
rursum hic captivitatis iugo subjici? Verū ut quis salvare dicatur, nihil necesse  
lingere jam quempian in calamitatem, vel  
captivitatem incidisse, è quā eripitur; potest  
enim praecaveri calamitas, et tempori impe-  
diri ne inferatur; potest jam tentata needum  
autem illata arceri: atque ita videtur hic fac-  
tum ut mortuo Aod iudice, cujus tempore se  
movere Philisthei ausi non erant, mox latro-  
niis et velationibus potius quam bello justo  
Israelitas infestarent, paratur postea certum  
bellum; si non esset qui se eis fortiter oppo-  
neret, et hos exinde sexcentorum virorum à  
Samagre fuisse repressos.

## CHAPITRE IV.

1. *Ainsi les enfants d'Israël continuaient  
encore à faire le mal aux yeux du Seigneur  
après la mort d'Aod.*

2. Et le Seigneur les livra entre les mains  
de Jabin, roi des Chanaéens, qui régnait dans  
le pays où était auparavant la ville d'Asor, que  
Josué avait brûlée. Il avait pour général de son armée un nommé Sisara, et il demeurait à  
Haroseth, appelée la ville des Nations, parce  
qu'elle était habitée par différents peuples qui s'y étaient rassemblés.

3. Les enfants d'Israël crièrent donc au Seigneur; car Jabin, ayant neuf cents chars  
armés de faux, les avait étrangement opprimés pendant vingt ans.

4. Il y avait en ce temps-là une prophétresse  
nommée Debora, femme de Lapidoth, laquelle  
jugait le peuple d'Israël.

5. Elle s'asseya sous un palmier, qu'on avait  
appelé de son nom, entre Rama et Béthel, sur  
la montagne d'Ephraïm; et les enfants d'Israël  
venaient à elle pour faire juger tous leurs  
différends.

6. Elle envoya donc vers Barac, fils d'Abi-  
ném, de Cédés de Néphthali; et l'ayant fait  
venir, elle lui dit: Le Seigneur, le Dieu d'Israël